



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XVI. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Ludmilla Ducissa in Bohemia idololatriæ primùm dedita, dein per baptismum Ecclesiæ aggregata, idoli locò DEI imaginem venerari, ejusdemque vitam, ut potuit, imitari statuit, à qua etiam lachrymarum donum impetravit. *Mayr.* Etiam spinæ parturiunt rosas, & tenebræ lucem.

S Ludmilla ora pro me, ut fluant lachrymæ meæ die ac nocte, quæis plangam errores vitæ meæ. Commenda me Deiparæ, ut residuo forsitan brevi finiendo, vitæ tempore ita me adjuvet, ut sine gravi DEI offensa peracto feliciter vitæ hujus, & supremo illo mortis actu eam æternùm cum filio laudem. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilitum & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: Complebo dierum, quibus in utero Matris B. V. latuit, numerum, dicendo 35. Ave Maria.

Maria illo edocta lumine, cui nuda & aperta sunt omnia, cuncta nostra videt discrimina, nostrique clemens ac dulcis Domina, materno affectu miseretur. *S. Amade. hom. 8. de laud. Vir.*

Quæstio: An B. Virgo in utero materno mereri cæperit?